

le status, pluráque audire cupiens, ita eum ad reliqua prouocauit. Exultimo profectò, ò Cephalè, multos, quum ita dicas minime hæc admittere: verum putare facile senectutem ferre te propter diuitias potius quam propter mores, diuitibus enim multa forlaria adesse dicunt. Vera, inquit, dicis. Non enim admittit, & est istud quidem aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia: vt Themistoclem ferunt Scriphio cuidam in iurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem affecurum. Nec hercle, inquit, si ego Scriphius essem, nobilis nec si tu Atheniensis esses, clarus vnquam fuisses. Quod eodem modo de his potest dici, qui quum non sint diuites, grauitè senectutem ferunt. Neque enim in summa inopia leuis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti in summa copia non grauis. Verum autem inquam ego, ex his quæ habes plura tibi à maioribus relicta sunt, quam acquisiisti? Non nihil acquisiisti, inquit, ò Socrates: mediocritatem in pecunia exiisti inter patrem & auum. Auus nempe meus Cephalus tantundem ferè quàm nunc mihi est accipiens, supra id multum accumulauit. Lyfianus autem pater minores etiam eas opes quàm nunc sunt, effecit. Ego autem sic habeo, si non minores istis relinquo, sed aliquantulo maiores quàm accepi. Hæc ego ideo interrogauit inquam, quoniam mihi videbaris non multum diuitias admirari, quod quidem plurimè ij faciunt, qui sibi eas non peperere. Atqui debuit quodammodo est hoc, quod depositum est. Nónne, Certè, inquit. Reddendum autem, neque tamen tunc, quando aliquis non sanus repetat. Vera dicis, inquit ille. Aliud igitur quam hoc dicit Simonides, quando iustum esse asserit, debitum reddere. Aliud per loquem, inquit, Amicis enim putat amicos bene facere debere, non autem male. Intellego equidem quod minime debita redderet ille, qui ea à quo depositum accepisset, aurum redderet, siquidem retributum & recipio noxia foret, amici autem essent qui recipit & qui reddit. Nónne sic dicere affirmas Simonides? Sic profus. Quid autem? inimicis reddendum est quodcunque debetur: Omnino quod illis debetur. Debetur autem inimico, vt arbiter, ab inimico quod conuenit, malum videlicet aliquid. Ergo potest, inquam ego, significat Simonides quid iustum sit. Iudicabat enim vt apparet, iustum esse tribuere quod cuique conuenit. Hoc autem debitum appellauit. At quid putas? inquit. Per Iouem ita, inquam. Si ergo quis cum roget, ò Simonides, quam ars quibus, & quid tribuens debitum & conueniens, medicina vocatur? Quid nobis responsum exultimas? Nempè quæ corporibus medicamenta, cibos, potiones. Item quæ ars quibus & quid præstans debitum & conueniens, coquinaria nominatur. Quæ obsonis condimenta. Age itaque, quæ ars quibus & quid tribuens, iustitia nuncupabitur? Si autem dicta sequi oportet, ò Socrates, ea est iustitia quæ amicis utilitates, inimicis detrimenta reddit. Ergo bene amicos, malè inimicos afficeret, iustitiam dicit. Ita mihi videtur. Quis maxime potest morbo laborantes amicos bene afficere, inimicos autem cõtra, & ad bona valetudinem, & ad malam? Medicus. Quis autè nauigans ad maris pericula? Gubernator. Iustus vero in qua actione, & ad quod opus maxime potest amicis prodesse, inimicis nocere? Impugnando & propugnando, vt mihi quidè videtur. Non argor tibi, ò amice Polemar-

che, medicus est inutilis. Verum dicis. Non nauigantibus. Gubernator. Certè. Num igitur non pugnantibus iustus inutilis erit? Haud hoc admitto equidem. Ut ille igitur & in pace, iustitia. Velis. Agricultura quoque in pace utilis, nõnne? Et hæc. Ad fructuum perceptionem. Sanè. Et coriaria. Vtique. Ad comparandos puta calceos. Planè. Quid autem de iustitia? Ad quem vsum aut quæstum tam in pace utilis dices? Ad commercia Socrates. Commercium verò dices communicationes, vel aliud quid? Istud ipsum. Num igitur iustus bonus & utilis erit in faciendis talis communicator? An ille qui talo ludit? Ille profectò. Atqui in laterum lapidumue structura melior & vtilior socius ipso architecto iustus erit? Minime. Sed in qua communione iustus melior erit quam citharista communicator, quemadmodum citharista iusto in pulsandis chordis vtilior? In argento, vt mihi videtur. Non tamen, ò Polemarche, ad vtendum argento, quando oporteret equos vendi argento vel emi. Tunc sanè mango vtilior esset. An non? Apparet. Et quando nauigi, faber nauis, siue nauta: Videtur. Ad quem igitur communem vsum auri vel argenti iustus alius est vtilior? Quando id deponere volumus, & saluam esse, ò Socrates, cupimus. Non quid dices, quando nihil oportet ipso vti, sed iacere? Profus. Quando igitur inutile est argentum, tunc utilis in ipsa iustitia? Apparet. Et quando salcem oportet custodiri, iustitia utilis est & priuati & publicè: quando autem vti, vinearum cultura? Patet. Dices præterea cum clypeum & lyram opus est custodire, non autem in vsu promere, vtile esse iustitiam? Quædo autem vti his volumus, tunc disciplina armorum & musica esse vtile? Necessè est. Atque de aliis omnibus similiter est dicendum: Iustitiam scilicet in vsu reru inutile esse, quando verò non vtiur, esse vtilem? Apparet. Non multo igitur studio, ò amice digna est iustitia, si tantum sit ad inutilia utilis. Verum hoc consideremus. Nónne qui artificium ad percipiendum est in pugna siue pugili, seu quauis alia idem quoque & ad cauendum? Profus quidem. Num igitur & morbum quicumque vitare & occultare poterit, idem & inferre valebit? Mihi quidem videtur. Atqui exercitus idem optimus est custos, qui hostium & consilia & alias actiones furatur. Sic est profectò. Cuiuscunque ergo quis aptus est custos, eiusdem & fur est aptus. Apparet. Ergo si maxime seruare argentum poterit iustus, poterit & furari. Ita ratio, inquit, indicat. Fur itaque aliquis iustus vt apparet demonstratus est, videturq; ab Homero dicitur. Ille enim Autolicum maternum Vlyssis auum admiratur, eumque affirmat præ ceteris & furto & iureiurando valuisse. Videtur igitur iustitia & secundum te & secundum Homerum atq; Simonidem furatoria quædam facultas esse, ad emolumentum quidem amicorum, & detrimentum inimicorum. Nónne ita dicebas? Minime per Iouem, inquit, sed nondum noui quid dixerim. Hoc enim mihi adhuc videtur, prodesse, amicis iustitiæ, inimicis obesse. Amicos autem dicit tu esse, verum eos qui vnicuique boni, vtilis que videntur, vel qui sunt, & si non videntur? & inimicos eodem modo? Decens est inquit, amare quos bonos & viles quis putet, odisse autem quos malos & inuitiles arbitretur. Nónne in hoc aberrant homines, vt videantur multi sibi boni & viles esse, quum mali sint & inuitiles: multi autè contrà? Aberrant certè. Istis igitur

boni quidem inimici, mali autem amici. Valde quidem. At tamen iustum tunc istis, malos quidem iuare, bonos autem ledere. Apparet. Atqui boni quidem iusti sunt, talesque vt nil perperam iniuste. Vera loqueris. Secundum vero fermonem tuum eos qui nulla iniuria afficiant, iusti est ledere. Minime, ò Socrates: prauis enim hæc videtur oratio. Iustum ergo iniustos ledere, iustos verò iuare. Probabilior hæc oratio quam superior. Contingit ergo, ò Polemarche, multis coru qui in iudicandis amicis errarunt, iustum esse vt amicos ledant: mali enim quandoque amici sunt. atque vt inimicis profint, eum quandoque sint boni. Atque ita contraria dicemus coru quæ profertur à Simonide dicebamus. Ita profus accidit, sed transponamus. Videtur enim non rectè amicis inimicis posse possesse. Quo modo possumus, ò Polemarche? Quod diximus amicum esse eum qui bonus videtur. Quo modo in præsentia corrigemus? Amicū dicemus eum qui bonus vtilisque & videtur, & sic. Eū verò qui videatur, quidè sed non sit, videri quoque amicū, non tamen amicū esse. Atque eadem ratio de inimico erit. Inimicus igitur, vt videtur, hæc ratione bonus erit. Inimicus autè malus. Profus. Iubes nos addere iniusto aliquid præter ea quæ dicebamus? Dicebamus potè iustum esse amico prodesse, inimico nocere. Nunc autè vis dicamus iustum esse vt amicis qui bonus est, iuuenus: inimicis qui malus est, contra ledere. Perpulchre mihi quidè hoc pacto dici videtur. Est igitur vti iusti vel quemque hominem ledere? Oportet sanè prauos & inimicos ledere. Si lædatur equi, melior ène an deteriores sūt? Deteriores. Num ad canu virtutem, an ad equorū potius? Ad equorum. Nónne & canes legi deteriores ad canum, quod ad equorū virtutem efficiuntur? Necessario quidem. Homines itaque, ò amice, detrimento affectos, nõnne peiores ad virtutem hominū iudicabimus? Omnino. At qui iustitia nõnne humana virtus est? Est planè. Necessè itaque erit lefos homines in iustiores fieri. Videtur. Possuntne igitur, inquam ego, iustici ipsa musica aliquos amulos reddere? Nequaquam. Nū & equites quælibet, an equestris perita alienos? Nō licet. An iusti viri iustitia ipsa iniustos? Et ad summam, virtute ipsa boni malos facere possunt? Nō certè. Nō enim calor exiliimo opus esse frigidum aliquid reddere, sed contrarij. Sic est. Neque siccitatis humidū, sed contrarij. Valde quidem. Neque igitur boni lædere est, sed eius contrarij. Videtur, iustus autem bonus? Omnino. Non igitur iusti opus est, ò Polemarche, nocere vel amico, vel alteri cuiquam, sed contrarij eius iniusti. Verissima loquy videris, ò Socrates. Siquis ergo iustum esse dixerit debita cuique tribui, debet autè intellexit inimicis à iusto dāna, amicis vtilitatē, haud quaquam sapiens iudicandum qui hoc dixit. Neque enim vera hæc. Cōstric namque nullo modo iusti esse, quemquam lædere. Fateor equidem, inquit. Pugnantibus itaque vnà ego ac tu, si quis hoc aperit vel Simonidem, vel Biatè dixisse, vt iustici aliquos sapientū beatorūq; virorū. Equidem pugnare tecu vnā aduersus eū paratus sum. Sed nostri cuius mihi esse hæc sententia videatur, qua iustū asserit prodesse amicis inimicis obesse? Cuiusmodi? inquit. Peritandū esse exiliimo, vel Perdicæ, vel Xerxis, vel Imitæ. Theban, aut alterius cuiusdam opulenti viri, maxima se posse potest. Vera inquit, loqueris. Sic ita, inquam ego. Postquam verū neque hoc apparet iustitiam esse, aut iustum, quod aliud hoc esse quis dixerit? Thrayma-

inquit & præcipit, quod ipsi gubernatori conferat, sed quod nautis qui ab eo reguntur. Hæc quoque ille ægredî cõfessus est. Atq; hic ego: Neque alius vilis inquit, Thrasy mache, in aliquo principatu, & facultate imperas, quatenus princeps est, quod sibi cõferat, cogitat aut præcipit, sed quod subiecto conducatur, & quæ dicit, quæq; facit, cõdã ad illius vilitatẽ decoreq; dicit & facit. Cũ huc deuentus esset, omnib; q; pateret definitionẽ iustitiam cõtrariũ decidisse, Thrasy machus non respõdit quidẽ vt debuit, sed, Dicit, inquit, ô Socrates, est tibi nutrũ: Quid inquit, non respõdere decebat magis, quã talia quæret? Quoniã, inquit, te negligit, & oppletas tibi nares nõ emũgit, cũ tamẽ indigeas, qui neque pecudã, neq; pastoris cognofcis officium. Cur istud inquit? Quia putas, inquit, opib; ones vel bulbos pecudã, bouũque bonum considerate, pingue faceretq; & curate, ad aliud respicietes quã ad dominorũ, & ipsorum vilitatem. Et illos qui in vrbibus, vt decet, presunt, aliter ad eos qui sub illis sunt, existimas respicere, quã tanquã pastor ad oves: & aliud cogitare noctes atque dies, quã vnde vilitas ad ipsos proueniat. Atque ad eõ procul abes ab iusto iustitiãque, & iniusto & iniustitia, vt ignores iustitiam iustumque alienũ esse bonũ, ac reuera imperantis & potentioris emolumentũ, detrimentum vero propriũ obediẽtis & subditi: iniustitiã verõ conatrã ignauis iustitiãque hominibus dominari: qui autem parent, facere quæ imperanti potentiorique condunt, illumque obsequio beatũ reddere, sibi autẽ ipsũ non consilere. Cõsiderare profectõ sic decet, õ ignauissime Socrates, iustũ virum omnino minus iniusto habere. Primũ quidem in mutuis cõmerciis, vbi aliqui cõtrahũt iustus vnã atq; iniustus in dissoluedã societate semper minus reportare iustus quã iniustus reperitur. Cum verõ in rebus publicis aliqua tributa cõferenda sunt, iustus plus cõferre quã sui æquales, iniustus autem minus. Quando autẽ aliquid inde accipiendũ est, iustus nihil, iniustus multa reportat. Etenim si quãdo magistratu quodã vterque fungitur, si nulla alia iusto iactura cõtingit, hæc saltẽ illi nõ deest, vt res domestice deterior per negligentia disponantur, ex publico autẽ nihil, propterea quod iustus sit, lucretur. Accedit ad hæc, q; domesticos & familiares sibi in seos reddit, cũ illis obsequi nulla in te vltra iustũ velit. Iniusto verõ, omnia cõtra eueniunt, nimirum quod antẽ dixi, eũ præteritis vbi que lucrari. Hinc ergo cõsidera, si vis iudicare quantõ magis cõferat priuati sibi iniustum esse quã iustum. Faciliẽ autẽ discis, si ad extremã peruenieris iniustitiã, quæ iniuste agẽtem felicissimũ efficit: eos contra qui afficiuntur iniuria, ac neminẽ iniuste lædere volunt, infelicissimos. Est autem hæc tyrannis, quæ non paulatim, sed simul omnia aliena vsurpat, & clam, & vi, & sacra, & sancta, & priuata, & publica. Siquis verõ in aliqua istorum parte deliquerit, de præsensũque fuerit, muldatur, & opprobrio subiecto maximo. Etenim sacrilegi, fures, latrones, furreptores, & omnino per singulas quãsdã partes peccantes, ab huiusmodi criminibus nominatur. Sed postquã aliquis vltra huiusmodi rapinas pecuniarũ, etiam ciues ipsos in seruitutẽ suã redegit, non iam tã probris notatur vocabalibus, sed & beatus & felix vocatur, non a ciuib; suis tantũ, verum etiã ab omnib; qui eum audiunt nequitia omnẽ adimpleuisse. Nõ enim ideo vituperatẽ iniustitiã, quicunq; eã vituperat, q; iniuste facere, sed q; perpeti metuat. Hoc igitur pacto, õ Socrates, iniustitia omnibus suis

partibus absoluta, robustius quiddam est, liberalius, & regalius, quã iustitia: vtq; ab initio dicebã, id quod potentiori cõfert, iustum est: iniustũ verõ sibi ipse vile est, & cõferens. Hæc enim dixisset Thrasy machus, abire iã mente cõceperat, postquã, quẽdam modõ balneus efficitur, sermone plurimũ maximo cum imperatoribus nostris infuderat. Nõ tamẽ hoc permisit ut qui aderant, verũ coegerunt & permanere, & alleere eorũ quæ dixerat rationẽ, egoq; in primis vehementer rogabã. O beate Thrasy mache, quasi sermone iactõ abire festinas prius quã abũde vel doceas, vel discas, sitne hoc vt dicis, an fecus. An forte putas parũ quãdam rẽ te aggressum esse definire: nõ autẽ rationẽ vitæ, quã si quis nostrũ accõperit, quam optimẽ viuat? An ego, inquit, putem istud aliter te habere? Videris, inquit, nullã de nobis curã gerere, neq; cogitare vtrum peius viuamus, an melius, id neciẽtes quod tu te scire affirmas. Sed, õ bene vir, libet hoc nobis ostende. Neq; enim malõ locaueris beneficium, quod nobis qui tot sumus, cõtuleris. Dicã quidẽ q; sentio. Nequaquã mihi persuasus, iniustitiam magis quam iustitiã lucrũ afferre, etiam si omnis ei licentia præbeatur, vt quæcũq; cupit, efficiat. Sed õ bone, Esto iniustus aliquis, postiq; iniuriã facere et furum vel vi, nõ tamẽ mihi persuasus magis esse in ipsa iniustitia lucrum. Quia quidem in sententiã nõ ego tantũ fortasse, sed alius aliquis nostrum est. Persuade itaque nobis beate vir, nõ sedẽ iniustitiã plus quam iniustitiam fecisse. Quomodo, inquit, amplius persuasus abeo, si his quæ modo dicebam, nõ es persuasus? Quidnam vterius faciam? An in animũ tibi sermonem impingam? Minimẽ, inquam, per louem. Sed hoc primum velim vt dicis moneas veli si quid immutare vis, hoc palã facias, nẽ ne decipias. Nunc autẽ vides Thrasy mache, vt superiora iterũ relinamus, quod cũ primõ verũ in mediõ definitũ ægrotatũ curatore, deinde nõ ita sincere pastorẽ definiendũ putabã, vt quatenus pastor est duntaxat custodiat. Imõ pacere ipsum oues quantum est pastor arbitraris, nõ ad ouium vilitatẽ, sed ad voraginem potius, non tanquam pastorẽ, sed cõiuuam qui velli debeat, vel pecuniarũ studiosum, qui vel venditurus. Profectõ pastoralis arti nihil aliud curæ est, quã vt id quod custodit, se optimẽ habeat. Nã ipsi quatenus vera pastoralis facultas est, nihil deest quod minus sufficiens sit & optima. Sic ego putabã necesse esse nõ cõfiteri, vnuquẽq; principatũ in eo quod principatus sit, nullius alterius bonum prospicere, nisi eius q; sub illo sit, & ab eo curetur, siue priuatus sit, siue publicus. Tu autẽ principes in ciuitatib; qui verẽ principes sint, volẽtẽ in magistratibus fungi putas: Nequaquã, inquit, puto, sed certẽ scio. Quid verõ, inquit, ego, alios principatus, nõnne nosti neminẽ volẽtem accipere, sed præmiũ ex his requirere, quã nulla sibi ex imperio tali, sed subiectis potius fit vilitas prouentura? Dic age, inquit, nõnne qualibet inter se artes, diuersas ex eo dicimus, quod diuersam inter se habent præteritiã? Neq; enim, õ beate, præter opinionẽ respondeas, vt aliqui perficiamus. Hoc ipso videlicet altera. An nõ vilitatem vnãqueq; propriã nobis aliquã præbet, & nõ cõmunem cũ alia quẽdammodum medicina quidem sanitate, gubernatoria in nauigãdo salutem, aliaq; similiter? Proris quidem. Nõnne & pretium mercenariã? hæc enim illius potentia, an medicina tu & gubernatoriã eandẽ vocas? vel si quidem velis absolutius definire, atque distinguere quẽdammodũ itatũ, etiam si quis nauem gubern-

bernã sanus efficiatur, eõ quod sibi nauigatio cõferat nihil magis tamen ob hoc gubernatoria ipsam medicinã vocabas: Nõ certẽ. Neq; etiã vt arbitror, mercenariã, si quis mercenarius ipso ministerio sanus efficiatur, sermone. Quid autẽ? Medicina mercenariã, si quis medicus quẽstũ faciat? Minimẽ. Nõnne & vilitatem ciuib; bet artis propriã quãdam esse cõcessimus? Esto. Siqui igitur vilitatem cõmunitate nanescunt omnes artifices patet quod cõmuni quodã nõ eodẽm; vtẽtes, ex eo vilitatẽ huiusmodi nascuntur. Videtur. Dicimus autem artifices mercedẽ accipientes vilitatem consequi ex eo quod mercenaria arte vtuntur. Vix assensus est. Nõ igitur à sua arte cuique vilitas hæc scilicet præmiũ acceptio prouenit? Sed si vilitatem diligenter inquirere, medicina quidem sanitatem parit, mercenaria quẽstũ, & architectura ædificium, mercenaria verõ hanc secuta, mercedem, & reliquæ omnes similiter. Sũp porõ quæq; opus perficit, & cõfert illi ad quod est inuenta. Si autẽ præmiũ ipi nullũ detor, nõ artifex vilitatẽ ab arte aliquã accipit? Nullã. An igitur neq; etiã prodest tũ cum gratis operatur? Ego quidem existimo. Nonne igitur, õ Thrasy mache, sicut iam manifestum est, nulla ars, nullũq; magistratus sibi quidẽ vilitatẽ parit, sed quẽdammodũ in superioribus dicebamus, quod subiecto cõfert, parat & imperat, inferioris illius cõmodũ semper, non superioris inspicies? Ob hæc itaque ego modo õ chare Thrasy mache, dicebã, neminem volẽtẽ imperiũ suscipere, & alienorũ malorũ vltro emedationem aggredi, sed præmiũ querere: quoniã qui ex arte rectẽ acturus fit nunquã in suã agit cõmodum, secundum ipsius artis imperiũ, sed ad inferioris vilitatẽ. Quãobẽ, vt videtur, præmiũ ponendum est illi, qui libenter gubernaturi sint, seu argentũ, siue honor, siue pœna, nisi imperiũ capiant. Quomodo istud ais, õ Socrates, inquit Glauco. Equidẽ duo premia noui, multãm verõ quam dicas, & quomodo in mercede parte ponas, nõ noui. Ergo optimorum, inquam præmiũ ignoras, cuius gratia imperant optimi viri, quoties volunt imperare? An telatet & ambitiosum esse & auarum probro haberi atq; esse? Nõne quidem, inquit Glauco. Hæc ergo de causa, neq; pecunia, neque honore ducti, boni homines imperare volũt. Neq; enim apte mercedem magistratus præmiũ accipientes, mercenarij vocari volant: neque clanculũ, sunt. Neq; rursus honoris causa. Nõ enim ambitiosi sunt. Oportet igitur necessitatẽ illis imponi & multãm si futurũ est vt velint magistratum accipere. Quam obrem videtur turpe haberi, vt quis spõte ad imperandũ accedat, neq; expectet necessitatẽ. Maxima verõ multãrũ est, deterioris imperiũ ferre, nisi ipse imperare velit. Hanc vtriq; penam timentes, magistratus capere probi homines mihi videntur, siquãdã capiunt: & tunc ad eos accedunt non tanquam ad emolumentum aliquod, neque tãquam ex his volutate aliquam capientes, sed tãquam ad rem necessariã, cum neque melioribus, neque similibus se committere valeant. Quippe si bonorum virorum extaret ciuitas, in ea, vt arbitror, haud aliter nõ imperandũ gratia pugnaretur, quam nunc certetur imperandi cupiditate: ibique pateret, reuera legitimum principem non sui ipsius, sed eius qui sub ipso est, cõmoditatem respicere. Quare vnusquisq; qui nõ amens sit, potius eligeret aliũ sibi prodesse, quã dum alius ipse consulit, sese negotijs implicare. Hoc igitur ego Thrasy macho nullo pa-

cto concedo, iustũ quidem esse, quod potentiori vile est. Verum hoc deinceps cõsiderandum, multo autẽ mihi maius videtur esse quod nunc Thrasy machus dicit, cum iniusti vitam meliorẽ vitã iusti esse affirmet. Tu itaq; õ Glauco, vtrum iustorum tãquam verius eligis: iusti, inquit, vltro potiorẽ existimo. Audisti, inquam ego, quor paulo antẽ iniuste vitæ bona Thrasy machus numerabat? Audi quid equidem inquit, Non tamen assentior. Viste illi montremus, si quo modo possumus, vera cum minimẽ dicere? Quidni velim inquit ille. Si orationem contrariam orationi illius obiectes, quasi cõparatio ne quãdam propõsitã, enumeremus quot insuper bona qui iustis sit consequatur, ac ille rursus conferat sua; oportebit tertius aliquis enumeret inter metatũq; bona, quorũqueq; vtriq; in vtroque collegimus atq; ita iudicibus quibusdam alterationem hæc dirimẽtib; opus erit. Sin autem, quẽdam modõ non propter cõpimus, alterius cõcessio nibus additis in mediũ, rem ipsam discutiamus, oratores ipsi non simul & iudices erimus. Sic, inquit, omnino est. Vter tibi modus magis placet? Ille, inquit. Age igitur, õ Thrasy mache, respõde nobis à principio. Affirmas tu quidẽ extrẽmam iniustitiam extrema iustitiã vtiliorẽ esse? Affirmo equidem, inquit, & rationẽ attuli. Age itaq; de ipsis quo modo dicis? Nũquid istorũ vnum virtutem, alterum vitium vocas? Quidni? Nõnne iniustitiam quidem virtutẽ, iniustitiam autem vitium? An istud faceri, vt lepide, mihi cõuenit, qui iniustitiam prodesse dicam, iustitiam minimẽ? Quid ergo? Contrarium, inquit ille. An fortẽ iustitiã vitium appellabis? Non, sed valde generosam scientiã. Iniustitiã ergo nequitia vocas? Neistud quidem. At bonũ consilium, sagacitatẽque. Num iniusti vtri Thrasy mache, prudentes ac boni esse tibi videntur? Qui sane peritẽdẽ inquit, iniusta facere possunt, & ciuitates, ac nationes sibi subicere. Tu autem me fortasse loqui putas de his, qui loculos clanculum fecant: profunt & hæc quidem, si lateat, sed æstimatione digna nõ sunt. Imõ quæ paulo antẽ dicebã. Equidem quod vis intelligi. Sed admodũ miror, si in parte virtutis & sapientiæ iniustitiam ponas, in contrariis verõ iustitiam. Omnino sic pono. Durius hoc iam, õ amice, neq; amplius inuenit facile quod quis dicat. Si enim cõducere quidem iniustitiam posuissẽ, vitium tamẽ vel turpe quoddã esse ipsam cõfessus es, quẽdammodum alij quidam, aliquid ad hæc secundum ea quæ existimantur, dicere possemus. Nunc autẽ perspicuum est dicturum esse te & pulchrum & robustum quiddam iniustitiam esse, ceteraq; illi daturũ omnia, quæ nos iustitiã tribuimus, quandoquidem & in virtute, & in sapientia ponere eam nõ dubitasti. Venissimã profectõ vaticinans. Non tamen definitum est ipuitero disputando, quod te putem quæ cogitas dicere. Mihi nanq; videris Thrasy mache, in præsentia minimẽ cauilan, sed quæ tibi vera videtur, afferre. Quid tua refert, siue id videatur mihi, siue nõ videatur, cum rationẽ meam nõ cõfutes? Nihil certẽ. Sed hæc præterea mihi responde: An iustus videtur tibi plus iusto habere velis. Nullo pacto. Nõ enim vrbans esset, vt nõ, & simplex. Quid autẽ plũne iusta actio? Neque iusta etiam actio. Inuitio autẽ vtrũ dignũ putare plus habere idq; iustum existimare, vel contra? Existimaret vtrique, dignumq; putaret, sed non posset. Atqui ego istuc nõ interrogo, sed vtrũ iusto quidẽ plus habere neq; dignum putet, neque velle iustus iniusto autẽ con-

trā. Sic est profectō. Quid autem iniustus? An æquum cenet plus habere & iusto, & actione iustā? Quid autem omnibus plus habere de digno existimet. Num igitur & iniustus homine iniustiq; actione, iniustus plus habebit, & certabit ut in habendo omnes exuperet? Vera hæc sunt. Sic itaque dicimus. Iustū quidem simili non plus habere velle, plus autem dissimili in iustū verō utroq; plus accipere velle. Rectē dixisti. Atqui prudens & bonus, iniustus ipse est iniustus autem, neutrum. Rectē & illud. Ergo prudenti & bono similis est iniustus, iustus autē minimē. Quis obstat, inquit, quominus qui talis talibus quoque similis sit, qui verō non talis, similis non sit. Ans bellē. Talis igitur est uterque ipsorum quales hi quibus similis est. Quid tum? inquit. Sic ita sanē, sed dicas Thrasymache, vtrū musicū aliq; voces, alique verō non musicum. Equidem. Vtrum istorum prudentem, vtrū imprudentem? Musicum sanē prudentem, expertē musicæ imprudentem. Nonne in quibus prudentem, in eisdem & bonū: in quibus imprudentem, & malū? Nempe. Eodēmq; pado de medico dicemus: Eodem. Videtur tibi vit optimē cum musicus vir lyrā tēperat, velle in intentione & remissione chordarum, musicū virum exuperare, vel dignū putare, vt eo plus assequatur? Minimē. Expertē verō musicæ superare cōtendit? Necesse est. Quid medicus? in cibo aut potu dicētiæ plus assequatur, quā aut medicus alter, aut res ipsa cupit? Nequaquam. Plus autem quā medicus artis imperitus? Proculdubio. Vniuersas denique contemplare scientias, & inficitias siquis tibi videtur, qui quidem scientiā habet, plus sumere velle vel discernendo, vel faciēdo, quā alter sciens, non autem eadē ad actionem eandem, quæ & ille qui ipsi similis est. Fortasse sic se habet necesse est. Quid autem indoctus? nonne plus doctō sibi assumere velle, atque etiam indoctō? Fortasse. Sed doctus, nonne sapiens? Concedo. Sapiens autem, nonne bonus? Est istud etiā Bonus ergo & sapiens non vult plus libi quā sui similis vendicare, plus tamen quā dissimilis & cōtrarius vult. Videtur. Malus autem & indoctus tam simili quā dissimili sibi plus arrogabit. Apparet. Nonne iniustus Thrasymache, plus vsurpare contēdit, quā vel similis, vel dissimilis? An ita dicebas? Dicebam equidem. Iustus autem simili quidem non plus vult, sed dissimili. Fateor. Est itaque similis, iustus quidem sapiens & bono, iniustus autem & malo & inficio. Apparet. Atqui concessimus talem vtrūque esse qualis sit cui similis est vterque. Concessimus planē. Iustus itaq; nobis bonus esse sapiensq; apparuit: iniustus autem, indoctus & malus. Hæc omnia concessit Thrasymachus, non tamen ea facilitate qua ego nunc refero, sed vix atque petra trās plurimo cū sudore: erat quippe tūc ætas. Et vidi ego tūc primū quod nunquā antea videri, erubescēte Thrasymachū. Cū igitur constitisset iustitiā & virtutē esse & sapientiam, iniustitiam verō vitium & inficiā. Manet, inquam, hoc ita nobis. Dicebamus autem valdū ac potēs quiddam iniustitiā esse. Nonne meministi Thrasymachē Memini equidem inquit. Sed mihi quæ nūc dicis, non placēt: habeoq; aduersus ea quæ dicam, quæ si adducere, certē noui te esse dicturū me concionari. Quare aut sine me dicere quæ velim: aut si tui vis interrogare, interroga. Ego autem tibi, veluti amicis fabellas narrantibus, assentiā, & annuam, & abnuam. Nullo pacto, inquam ego, præter sententiam tuam. Vt

tibi in omnibus gratificer, postquam non finis loqui, an quid aliud vis? Nihil per Iouem, si istud feceris, sed facito: ego autem interrogabo. Interroga istū. Hoc interrogo nunc quod & paulo ante, vt ordine suo in sequenti sermone consideremus, quomodo est iustitia aduersus iniustitiam habet. Dicitum enim est potentiorē atq; robustiorē esse iustitiā iustitia. Nunc autem inquit, si quidem sapientia & virtus est iustitia, facile, vt arbitror apparebit robustior esse quā iniustitia, quandoquidē iniustitia inficitia est, nec vllus hoc ignoraret. Verū non ita simpliciter & Thrasymache, agere cupio, sed hac via considerare, Cū tamen aliquam affirmare iniustitiā esse, & talis ciuitates velle iniustē in seruitutem redigere, seruāque sub se multas habere? Cur non? Imo verō hoc summopere faciat illa quæ præstantissima est, & quæ ad extremam peruenit iniustitiam. Intellego equidē quod tua hæc erat oratio. Sed hoc circa istā considero vtrū hæc quæ præstantior sit ciuitas ciuitate absq; iustitia hanc sit potentia habitura vel necesse sit vt habeat eū iustitia. Si quidem, vt tu paulo antē dicebas, iustitia ipsa sapientia est, necesse est eū iustitia. Sin autē vt ego, sine iustitia, Responsonibus tuis, & Thrasymache, valde delector quonia nō modo annus, & abnuus, sed & præclare respondēs. Tibi inquit, gratum facio. Facis tu quidem bene. Sed in hoc quoq; gratificare mihi, & dico. An cetera ciuitate aliquid vel exercitū, seu latrones, siue fures, vel alii quæuis ceterum hominum iniustē aliquid vna aggredientium perficere posse quicquam, si iniuria iniucem se affecerint. Nequaquam. Quid autem si ab iniuria abstinuerint? Nonne magis? Profusus. Seditiones nanq; Thrasymache iniustitia inimicitias contentioneq; inter illos parit: iustitia verō cōcordiam & amicitia. Nonne? Est, ne à te dissentiamus. Bene agis vir optime. Sed mihi & hoc dico. Si hoc iniustitiæ opus est, vbi cuiqueque infir, odium gignere, nōne inter liberos & seruos si fuerit, efficiet vt iter se odia atq; cōtentiones exercetis nulloq; pacto possint aliquid ex cōmuni concordia facere? Omnino. Quid autem? Si inter duos hæc sint, nōne dissentient inter se, insequētūq; odii, & inimici erunt & sibi & iustis? Erunt sanē. Sin autē in vno iustis, omni-fice vir, iniustitia, nōne ipsius potētiā dispabit? Vel nihil minus habebit? Nihil minus habet. Nonne talem aliquam vim habere videtur, vt cuiusq;que infir, siue ciuitati, siue genti, siue exercitū, siue alteri cui libet primo quidē impotens reddat id cui inest aliquid secum agendi, propter disensionem atq; discordiam: deinde inimicum efficiat ipsum & sibi, & cōtrario cui libet, atque iustis? Nonne ita? Ita. At qui & in vno si fuerit, hæc eadem faciet omnia quæ natura sua facit. Primum quidem impotentem agendi non reddet, quod secum ipse dissentiat, neq; sibi met consistet. Deinde & sibi & iustis facit inimicum. An non? Certē. Iusti autem, & amice, sunt & dei. Sint. Ergo deis inimicus erit, Thrasymache, vt iniustus: iustus autem, amicus. Satis te eo confidenter inquit, pro libidine, orationis epulo. Non enim tibi aduerlabor, ne istos mihi infernos reddam. Age itaque, reliqua conuiui adhibe, quæ modum paulo antē respondēs. Constat profectō, sapientior, melioris, potentiorisq; ad agendum, iustus esse: iniustus autem ne inter se quidem tractare quicquam potest. Verum quod diximus validissime in commune simul aliquid conficere illos posse, qui omnino iniusti sunt, haud omnino verum

verum est. Non enim abstinere ab iniuria mutuo inferenda si profus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quam ad ipsos ita afficit, vt se iniucem ledere nolint, nec alios quibus cum versantur: & per quam agunt, quæcunq; agunt. Impulsi autē sunt ad iniustē agendū, iniustitia, cū feminali essent. Nā qui ad summū nequitiz, & iniustitiæ peruenit ut perficere omnino nihil possunt. Hæc quidē quod ita se habeant, nō autem vt tu supra ponebas, intelligo. Vtrū autem & melius viuāt iusti quā iniusti, & feliciores sint (quod quidem postea cōsiderare posueramus) considerandum est. Et vt mihi quidem videtur, hoc ex his quæ diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam vili spernendū, sed quōnam modo viuendum sit, habetur oratio. Considera, iam. Ecce, considero. Dicitur, opusne equi tibi aliquod esse videtur? Mihi quidem. Num hoc quidem diceret, & equi & alterius cuiuslibet opus, quod vel solo illo, vel maximē quis faceret? Haud intelligo. At hoc modo. Aliāne re, quā oculis vides? Minimē. Quid verō: aliāne audires quā antibus? Nequaquam. Ergo hæc horum opera rectē dicimus. Rectē. Possēt sine gladio, & scalpello, & multis aliis, vitis palmetes amputare? Quidnā? Veruntamen non ita comode vt fale ad vsum hunc fabricata. Est vt dicis. Ergo nōne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profectō. Exiitimo melius te nunc tenere, quæ paulo antē dicebam, quā interrogarem an id cuiusq; opus esset, quod vel solo illo vel melius quā manus efficitur. Intellego iam. Idq; mihi cuiusque opus esse videtur. Age, inquam. Nōne & virtus tibi esse videtur in vnaquaque re cui aliquid opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorū dicimus esse opus aliquid? Certē. Ergo nōne & virtus oculorum est? Et virtus. Quid autem? nōne opus aliquid est aurium? Est. Est ergo & virtus? Est. Nōne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? Eodem. Nunquid oculi opus fuis pulchrē exercere, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? At quomodo? Cæcitatem nanque fortasse pro visu dicis. Quæcunque illorum sit virtus, nam ad præsens non id quero, sed vtrū propria virtute rectē suum opus exerceant, vitio verō non rectē. Vera loqueris. Nōne & aures sua priuata virtute, malē suum opus exercebant? Malē. Idēne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age & hæc præterea contempera. Estne anime aliquid opus quod nulla re alia faceret, veluti curare, imperare, consulere, & alia generis eiusdem? An hæc alteri rei quam animæ iure tribuere possemus, dicere? mihi que ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum viuere? Non an animæ opus esse dicemus? Maximē. An non & virtutem quandam animæ esse dicimus? Dicimus. An anima quandoq; & Thrasymache, propria virtute priuata, opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necesse est igitur malam animam malē imperare atq; curare, bonam verō hæc omnia benefacere. Necesse. Concessimusne virtutem animæ iustitiā esse, iniustitiam vitium? Concessimus. Iusta ergo anima iustūq; vir bene viuere, iniustus autē malē, ita secundū rationem tuā apparet. Qui autē bene viuere, beatus est & felix. Qui malē, contrā. Quidnā? Igitur iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserum esse non prodest, prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur, & beate Thrasymache, vtilior

erit iniustitia quā iustitia. His epulis fueris acceptus in Bendidhis, & Socrates. Apud te quidem comedi Thrasymache, postquam minor mihi effectus est, difficilisq; esse cessasti. Non tamen abundē vesci cōtrigat, atque id mea quidē causa potius quam tua. Nam quemadmodū epularum auidiores homines, incontinentesq; rapiunt semper quod eūque in conuiuio superferunt, gustantque illud antequā prioribus dapibus satis vescantur: ita & ipse, vt mihi videor priusquā inuenierim quod principio fuit propositum, quid ipsum videlicet iustum sit, eo pretermisso ad considerandum me cōtuli, vtrum prauitas sit & inficitia, siue sapientia virtusque. Ac postremō incidente oratione illa quæ asserbat vtiliorem iniustitiam esse iustitia, non me continui, quin ab illo ad hoc descēderem. Quapropter mihi in præsentia ex hæc disputatione contigit, vt nihil norim. Quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtutē sit, an contrā, atque vtrū qui id possidet, beatus sit, vel non beatus.

SECUNDVS
DIALOGVS DE
REPUBLICA.

MARSILII FICINI
ARGUMENTVM.

Secundus dialogus tria excidit diuisione bonorum. Bonū profectō idem atque expectandum. Expositus autem aliquid suspicari gratia tantum, vt vltimè per se & eandem. Aliquid alterius solum gratia, qualia quæcunq; laboriosa sunt. Aliquid & gratia sui, & aliorum quæ inde sequuntur, ac cognitionem, ac prosperam & salutarem iustitiam vt erō dicit, ac alio vno ex ea sequentiū, tum vel maximē suspicari gratia expectanda. Sed antequam de iustitia profectō quicquam definitur. Glauco quæ pretermissa sunt & Thrasymacho, pro iniustitiā patrociniū copiosius elegantiusque proficiatur, addit & modestius. At enim, nō quia ita sentiat sed vt pronocet Socrate ad iustitiam artius descendendā, iniustitiam se laudaturam. Similia quædam habetiam & in Georgia. Post eum Adimantus, & primū pro iustitia verba facit, præmia illi & humana tribuens & diuina, vbi notabis religioſa quædam mysteria poetarum. Deinde nouella pro iniustitia adducit in medium, personam venientem & Socratis, & Thrasymachi referens, addit etiam non iniustitiam vituperare velle, sed quod ammodo Socratem irritare. Optat autem laudem audire iustitiam, quæ nō ab externis, sed ab intrinseca iustitia natura ducatur, quales offerri ab aliis non consueverint. Tu verō animaduertere nō temere Platone multa bicinasus ad potias facerē dicitur que per iustitiam polijse, ostendit enim in his sepe à poetis, sepius à malis sacerdotibus poetandi licentiam provenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Præterea haud ab vno libi sibi omnium sibi charissimam charissimas sibi personam, animum, Glauco concen. Adimantusque fratres eius patrociniū. Aristonem, Rursus Socratem nihil in vniuersa eius vita propensius contemplantium, quā seclusis externis affectibus, quid nam sit, quidne faciat, virtus ipsa, virtutisque in animo. Quod quidem & sponte & pronocatus deinceps de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniustitiam animam prætermittit mirum illud iniustitia præmia ex Musæ mente addidit, per pernam inquam ebrietas. Quod quidem Musæ accepit ab Orpheo, idipsum per Dionysii Jæcra significante. Hoc illi propheta similit: incoriator ab vbertate domus tue. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem solum luna, Lethæo indulta potu: per quam anima extra se posita, & infra se posita obliuiscitur diuini circa terram delirant. Altera verō super lunam nēlæra proueniens portione, per quam animus extra se positis, supra se positis inuoluntariis mortaliū obliuiscitur, suscipiensque diuina quasi primo istorum splendore calcigat: siue potius saporem gustans nouo quadam calore & priore vbertate permulatur. Max verō de peribitū cernit gustatque salubriter, imō verō nutritur. Profectō ita diuina per quam factus est animus, rediunt illi aliter animus, ea postea sponi. Ab eo primū suavit ce siquid dicitur est diluit. Deinde per nitas implet, magis que implendo delectat. Tertio rediit